

## 1.

*Bischof Eberhard II. von Bamberg wiederholt seine für Propst Gerhoch und das Kapitel von Reichersberg im Jahre 1154 erteilte Genehmigung eines Gütertausches mit Markgraf Otakar [III.] von Steier im vollen Wortlaut, jedoch nun mit einer genauen Aufzählung der für das Stift bestimmten Güter und mit dem Zusatz, daß nun die Anfechtung des Tausches durch Heinrich [von Baumgarten], der als Erbe die betroffenen Güter vom Markgrafen zu Lehen hatte, weil er damals noch minderjährig und die Gegengabe zu gering war, die Chorherren aber je eine Hufe zu Roßbach und Ostendorf dazugegeben haben, gegenstandslos und damit der Tausch endgültig rechtens ist und bestätigt wird.*  
1169 (vor März 8), Prüfening.

*Or. Reichersberg StiftsA: U 19 (A). — Teilweise Abschr. (nur Zusatz) 2. H. 12. Jh. im "Liber delegationum" ebenda: Hs. 55 fol. 15<sup>r</sup> (B).*

*Nur Zusatz: Mon. Boica 3 (1764) 429 (bei Nr. 59) aus B. — UBLOE 1 (1852) 311 Nr. 68 aus B. — UBLOE 2 (1856) 335 Nr. 231 aus A.*

*Ausz.: Classen in ZRG Germ. 77 (1960) 389 Anm. 42.*

*Reg.: van den Eynde, L'œuvre (1957) 287 Nr. 133 zu 1169 vor Juni. — Classen, Gerhoch (1960) 402 Nr. 159 zu 1169 Januar/Februar.*

*Der weitgehend aus der genannten Vorurkunde von 1154 (s. Nr. Rei 9) übernommene Text ist nur bei dem Einschub im Insert und im Zusatz wahrscheinlich von dem gleichen Diktator gestaltet, nämlich dem Bamberger Erzpriester Gotebold, der 1169 eine Urkunde des Bischofs Eberhard II. für sein Domkapitel (Or. Bamberg StA: Hst. Bamberg U 309; Lang, Reg. Boic. 1 (1822) 267) an- und eigenhändig unterfertigte. Die Ausfertigung besorgte ein sonst nicht nachweisbarer Schreiber, der sich bei der Zeichnung des Chrismons und bei der verlängerten Schrift des Protokolls erfolgreich bemühte, die Vorurkunde nachzuahmen. — Da in der Zwischenzeit, wie bereits Zinnhobler, Beiträge (1977) 84 feststellte, das Gut Münsteuer offensichtlich vermessen wurde, gab man seinen Umfang nicht mehr mit circa XX mansos, sondern nun genau mit decem et septem mansos an. — Zum Gütertausch im Zuge des langwierigen Streites um Münsteuer und seiner Beilegung mit Heinrich von Baumgarten vgl. Classen in ZRG Germ. 77 (1960) 333-340. — Die Einengung der nur mit Jahreszahl gebotenen Datierung ergibt sich aus den angegebenen Regierungsjahren Kaiser Friedrichs I.*

(C.) ‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Eberhardus dei gratia Babenbergensis<sup>a</sup> episcopus secundus. ‡ Quamvis neque<sup>1</sup>, qui plantat, neque, qui rigat, est aliquid, sed, qui incrementum dat, deus<sup>1</sup>, scientes tamen, quod unusquisque<sup>2</sup> propriam mercedem accipiet secundum suum laborem<sup>2</sup>. Notum fieri cunctis Christi et ecclesie fidelibus cupimus tam futuris quam presentibus, qualiter dilectissimi domini ac fratris nostri venerabilis Iuuauensis archiepiscopi Eberhardi, sed et dilecti filii nostri Gerhohi Richerspergensis prepositi nec non eiusdem loci dilecte nobis congregationis piis petitionibus annuentes

ex consensu ecclesie nostre fidelium tam ex clero quam ex ministerialibus fidei nostro Otachro marchioni de Styra de quodam beneficio, quod a nobis habuit, cum iam dicta Richerspergensis ecclesia facere concambium concessimus, cupientes absque ecclesie nostre detrimento prefate ecclesie ex vicinitate prediorum in eius ius ex nostra ditione cedentium in pascuis, pratis aliisque utilitatibus plurima commoda<sup>b</sup> provenire nostrique ob hoc in eodem loco ad deum tam in vita quam in morte in bonum perpetuari memoriam. Itaque iam dicto Odoacre villam, que Munster dicitur, cum viculis eidem villegadiacentibus in manum nostram resignante ac restitutionem concambii de manu nostra in feudum recipiente de parte Richersbergensis ecclesie data sunt predia, que iuris eorum erant in villa, que Rospach dicitur, iuxta decursum fluvii, qui Chalba \* nominatur, tres videlicet curtes villicales cum adiacentibus molendinis itemque manso eidem villegadicontiguo nec non et duabus partibus decimarum de tota villa \* et IIII<sup>or</sup> mansis extra villam, insuper vero et alia predia, idem curtis una villicalis in villa, que Haidoluingen dicitur, itemque curtis villicalis iuxta fluvium Antisene, quod<sup>a</sup> ad sanctum Martinum dicitur, cum vinea et molendino ac medio manso adiacentibus, mansus etiam in villa Brencingen et duo alii mansi prope rivum, qui Sulcpach dicitur, et medius mansus cum molendino in villa Dietrichen. Hec \* predia cum pratis, pascuis aliisque utilitatibus eisdem pertinentibus \* data sunt per manum Chonradi de Pielstain Iuuauensis pariter et Richerspergensis<sup>a</sup> ecclesie advocati atque in manum Regingeri legatarii de Rieden nobilis viri ecclesie nostre confirmata sunt de iure predictarum ecclesiarum in ius ecclesie nostre Babembergensis omnimodis transponenda. De parte vero nostre Babembergensis ecclesie data est villa eidem Richersbergensi cenobio contigua, que Munster dicitur, cum adiacentibus sibi curtibus seu viculis, circa decem et septem mansos agriculti, cum castro, quod Staine dicitur, \* et ripa ipsa, in qua situm est, quantum nos attinuit, usque ad medium fluminis Ini, duabus quoque partibus decimarum ex eadem villa et viculis adiacentibus in rationem concambii deputatis. Hec itaque predia cum pratis, pascuis, silvis, piscationibus, molendinis eisdem pertinentibus, cum aquis aquarumque decursibus, exitibus et redditibus et omni utilitate quesita et inquirenda data sunt per manum domini nostri regis Friderici ecclesie nostre advocati et per manum predicti Odoacri de Stira \* nostra concessione et presentia in manum Bertoldi comitis de Andehse de iure nostre Babembergensis ecclesie in ius et ditionem Richersbergensis ecclesie omnimodis transfundenda ad petitionem videlicet nostram et iam dicti marchionis. Et ut hec commutationis donatio firma et inconvulsa \* perpetuo permaneat, sigilli nostri impressione \* carta inde conscripta signata est. Testes quoque iam dictę donationis per aures \* tracti hii sunt: Heinrichus de Saxonia, Heinrichus dux Karinthie, Pertoldus dux de Zaringe, Odoacer marchio de Styra, Waltherus de Mallentine, Ernest comes de Hohenburch, Ropertus de Tiuren, Amigo de Aquilegia, Fridericus de Wellenhaim, \* Piligrimus patriarcha de Aquileia, Illinus archiepiscopus Treuerensis, Arnoldus archiepiscopus Coloniensis, Ortlib<sup>a</sup> Basiliensis episcopus, Hermannus Constantiensis episcopus, Chvnradius Wormatiensis episcopus, Arditio Chumanus episcopus, Gerwicus Concordie episcopus, Wigbaldus Corbacensis ac Stabulensis abbas, Marchwardus Fuldensis abbas, Adalbertus prepositus Aquensis, Otto comes palatinus de Witelinespach \*.

Acta sunt \* in territorio Brixienti anno incarnationis domini M C L IIII, indictione II, XIII kalendas decembris, regnante \* Friderico glorioso Romanorum rege anno regni eius III.

His ita peractis denuo lis exorta est Heinricho, qui feudum illud a marchione de Styra tenebat, asserente, concambium illud non esse legitimum, tam quia se inscio factum esset, quia infra annos erat, tum etiam, quod minus valeret, quod datum fuerat. Hac itaque necessitate compulsi fratres de Richersberge de concambio iam prefato a nobis interpellati ei satis diu ex improbitate exactoris illius onerati, tandem, ut nullus scrupulus remaneret et omne os obstrueretur, superaddiderunt duas curtes, unam videlicet in Rosbach, alteram in Ostendorf, ita quod tam nostri fideles quam ipse Heinrichus et sui

fautores sufficere iudicarent ad legitimum concambium. Iuris itaque perpetui vinculo predictam commutationem innodamus, statuentes, ut nemo ausu temerario eam violare presumat et ut inviolabilis omni evo permaneat, vigorem et stabilitatem presentis scripti auctoritate ei confirmamus et sigilli nostri impressione corroboramus. Testes huius rei consummate sunt hii: Gisilbertus prepositus maioris ecclesie, Herimannus prepositus sancte Marię in Tuerstat, Gebehardus prepositus sancti Iacobi, Gotpoldus archipresbiter, Conradus cellararius<sup>a</sup>, Hermannus subdiaconus; de liberis Ōdalricus walpoto, Ōdalricus de Wiskenuelt, Gozpoldus de Woluesperch, Adalramus de Chambe, Poppo de Osternahe; de ministerialibus Gundelohus de Bodelendorf et nepos suus Gundelovs, Herdegen de Wisintowe et frater suus Volnant, Henricus de Widen, Reginolt de Vraha, Otto pincerna, Hartlyb de Winzere, Rapoto de Potenstaine, Eppo de Hergoltingen et alii quam plures. Actum ultimo Bruuiningen anno dominice incarnationis M C LXVIII, indictione II, regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo anno regni eius XVII, imperii vero XIII.

Preterea hoc in fine pagine addimus, quod fratres Richersbergenses dederunt iam dicto Henrico precium castri LX<sup>ta</sup> talenta ad componendam pacem firmam in perpetuum, sicut et dederant marchioni L talenta<sup>3</sup>. (SI.)

*Siegel aus rotgelbem Wachs durchgedrückt, rund, + EBERHARDVS . DEI . GRA . BABENBERGENSIS . EPISCOPVS, Bischof im Ornat mit Mitra (Hörner über den Schläfen) auf dem Faldistorium sitzend, in den angewinkelten etwas erhobenen Händen rechts den Stab, links das geöffnete Evangelienbuch mit der Inschrift PAX VOb(iscum) haltend; s. dazu Steiner, Bischofssiegel 1 (1998) 180ff. Nr. 1 und 2 (1998) Tafel XXXVI Abb. 118.*

---

a) A    b) danach nochmals comoda nicht getilgt A

1) neque – deus 1. Cor. 3, 7

2) unusquisque – laborem 1. Cor. 3, 8

3) in B danach von anderer Hand die Anmerkung: Data fuerunt centum L talenta, sed ideo sexaginta posita, ne marchio cognosceret et pro sui dignitate dari sibi plus exposceret.